

De torneamentis et iustis

In nomine Dei, amen. Quod sententia auctoritate apostolica contra torneamenta et iustas exercentes de novo prolata, eadem auctoritate ad instantiam et requisitionem dominorum Francie et Navarre, regum illustrium, comitis Pictavie et plurium quoque magnatum et nobilium suspendi valeant ad certum tempus, facit instantia fidelitas, devotio, et magnificentia eorundem, consuetudineque hactenus in Francia observata, necnon et multitudo potentium suspensionem predictam, grave quoque scandalum et periculum quod probabiliter et communiter creditur imminere nisi fiat suspensio supradicta. Et quia contemptis sententiis et prohibitionibus ecclesie, quam nunc sicut devoti filii reverentur, prosiliunt ad predictam. Et sicut in dicto casu contemptum dictas sententias ecclesie, ita forte et alias prohibitiones et sententias; et eorum exemplo qui devotiores esse solent ceteris, alii reges, principes, magnates et nobiles graviora forsitan attemptabunt. Ex quibus multarum animarum ecclesiasticarumque personarum discrimina varia poterunt provenire et impedire passagium et differri. Et si nequaquam impediretur vel differretur, non tantum ab infidelibus verebatur nec ab istis fidelibus reverebatur, qui transfreturos voverint pro tam modica re in tam magnum contemptum et sancte matris ecclesie et clavium infringendo huiusmodi sententias devenisse. Et formidandum quod tot peccatoribus et contemptoribus claves ecclesie ira Dei super universum populum deserviat, et quod odiat et prociat sacrificium nostrum, nec infideles per nos affligi, persequi, puniri, et extirpari patiantur, si ad aliena peccata corrigenda vadamus nostra incorrecta relinquendo. Porro secundum veritatem iudicium euangelico testimonio et apostolico roboratam sicut opera illa, que sine peccato mortali omitti non possunt, non sunt pro vitando scandalo committenda, que sine mortali peccato committi non possunt, ita profecto ab his que sine mortali peccato committi possunt pariter et dimitti, est pro scandalo vitando, tollendo cessandum et eis etiam pro vitando scandalo insistendum, sicut doctor ille sacre theologie egregius, dominus Innocentius Pape III, declarat *Extra* (de novi operis nunciacione, in capitulo "cum ex iniuncto," paragrapho "super eo,"<sup>10</sup> Et de renunciatione, "nisi cum pridem," paragrapho "pro gravi quoque scandalo,"<sup>11</sup> euangelica et apostolica testimonio inducendo et concordando; similiter sententia Gregorii *super Ezechiel* omelia VII<sup>12</sup> communiter etiam tenetur a doctoribus et notatur in locis predictis et concordantiis in eis signatis, quod propter scandalum et multitudinem pene in iuribus statute remittuntur, et inde aliquando in totum tolluntur, sicut exemplificatur *Extra* (de temporibus ordinationum, "sancti super eo"; L. dist., "ut constitueretur"; I, q. VII, "quotiens";<sup>13</sup> XXIII q. IV, "non potest";<sup>14</sup> XLIV<sup>15</sup> dist., "comessationes";<sup>16</sup> Unde et Gregorius de dominica carnisprivii in qua omnes laici et seculares communiter<sup>17</sup> plus solito et accuratius<sup>18</sup> quam ceteris diebus cibos carnum appetunt, et nisi quadam nova aviditate se usque ad noctes<sup>19</sup> ingurgitent, non aliter quadragesimalis temporis observationem suscipere poterint, scribit Augustinus Anglorum episcopus, quod licet istud non rationi, sed voluptati, immo cuidam cecitati mentis ascribendum sit, qua tamen a tali consuetudine avergi non possunt; cum venia suo sunt ingenio relinquendi, ne forte priores existant si a tali consuetudine prohibeantur. Quia ut ait Salomon Proverbiis XXX: *Qui multum emungit sanguinem elicit*<sup>20</sup> (IV dist., "denique";<sup>21</sup> Qui casus multum conformis est casui de quo agitur in presenti. Nam in talibus et consimilibus dispensatio superioris debita est (I, q. VII, "dispensationes";<sup>22</sup> XI, q. III, "plerumque";<sup>23</sup> XXIII, q. I, "noli";<sup>24</sup> in fine; L. dist., "considerandum";<sup>25</sup> Que dispensatio est penalis iuris relaxatio, mortale peccatum non inducens nec exercens de re in qua sit ipsa dispensatio sive iuris relaxatio prohibita, ut *Extra* (XXV, q. I, "sunt qui dicunt";<sup>26</sup> cum precedentibus et subsequentibus capitulis; de consuetudine, "cum tanto";<sup>27</sup> de renunciatione, "post translationem";<sup>28</sup> de bigamis, "super eo";<sup>29</sup> et capitulo "de bigamis";<sup>30</sup> et capitulo "a nobis";<sup>31</sup> In disciplina namque ecclesiastica inferenda magna discretio est habenda. Nam aliquando corripiendi sunt et increpandi, aliquando tollerandi infirmi. Et si forte severius castigare necesse est, non severius plerumque animo, sed medentis (LXXXVI dist., c. II<sup>32</sup>; XXIII, q. V, "prodest";<sup>33</sup> in *Authenticis*, de mandatis principum, paragrapho "non permittas," collatio III<sup>34</sup>). Medentis autem imprudenter gereret officium, egroti tribuens medicinam, ex qua mortis sequeretur periculum, unde speratur salutis subsidium provenire (de etate et qualitate III, cap. "ad aures";<sup>35</sup> Sicut nempe qui trucidat non considerat quemadmodum secet,<sup>36</sup> ita et qui medere intendit, considerat ut eius medela prolesse valeat, non obesse. Et ut avertere valeat ab errore, non ut precipitet in errorem (XXIII, q. IV, "si ecclesia";<sup>37</sup> cum capitulis precedentibus et subsequentibus, et capitulo "ea vindicta";<sup>38</sup> et q. V, "quid ergo";<sup>39</sup> precedentibus et subsequentibus capitulis). Sicut autem ecclesia nulli debet prestare materiam degerendi vel mortale peccatum etiam committendi (ut de his que vi melius causa sunt, "cum dilectus";<sup>40</sup> de iurciurando, "si vero";<sup>41</sup> Nec iuramentum recipere ab illo quem creditur degerere (ut XXII q. V [I], "ille qui hominem";<sup>42</sup> cum precedentibus et subsequentibus capitulis). Sic nec debet sub sententiis precipere quod verisimiliter et probabiliter creditur illum cui [non] precipitur non servare. Propter quod precipitur ut tenentes concubinas ad ipsarum adiurationem<sup>43</sup> non teneantur ne, si raudem fornicationem instinctu dyabolo redierint, perii reatum incurrant (de cohabitatione [mulierum] clericorum et mulierum, "clericos";<sup>44</sup> et ad idem XXII, q. I, "ita ergo";<sup>45</sup> non est; de sententia excommunicationis, "ex tenore";<sup>46</sup> capitulo de indicta viduitate, LII<sup>47</sup>). Propter quod non est inmittenda vel imponenda peccatori talis penitentie disciplina, quam non sit verisimile et probabile servaturum eundem (L. dist., "penitentes";<sup>48</sup> X)XXIII, q. II, "n adolescentia";<sup>49</sup> Etatis namque et conditionis personarum quibus disciplina imponitur ratio est habenda (XXVI, q. VII, "tempora";<sup>50</sup> et capitulo "hoc sit";<sup>51</sup> X)XXIII (I) dist., "fraternitatis";<sup>52</sup> Frailitas namque humane conditionis non patitur interdum macerationem carnis, ut ibidem. (fol. 42r) Et qui facem<sup>53</sup> super humeros adolescentia quam baulare non potest imposuerit, necesse est ut aut facem<sup>54</sup> eiciat aut sub pondere confringatur sicut Iohannes Crisostomus attestatur (XXVI, q. VII, "alligant";<sup>55</sup> Cuncti enim liquido novimus quod edificati parietes non prius tignorum pondus suscipiant quam a novitatis sue humores siccantur, et si ante pondera quam solidentur accipiant, cunctam simul ad terram deponant fabricam, sicut Gregorius attestatur (XLVIII dist., capitulo ultimo<sup>56</sup>). Sicut etiam aliter operantur sumerii et aliter nutriuntur<sup>57</sup> dextrarii, sic et aliter cum regibus et eorum filiis est agendum, cum honor debeatur eisdem (de iudiciis, "novit";<sup>58</sup> de maiestate et obedientia, "solite";<sup>59</sup> de officio delegati, "hanc quia";<sup>60</sup> et capitulo "pastoralis";<sup>61</sup> XII, q. II, "si qua de rebus";<sup>62</sup> X)XXVIII dist., "episcopus";<sup>63</sup> XXIV, q. V, "qui contra pacem";<sup>64</sup> Unde non sunt preces eorum contempnende, sed exaudiende quantum domino fieri potest (de electione, "significasti";<sup>65</sup> et capitulo "innovit";<sup>66</sup> et "cum terra";<sup>67</sup> et capitulo "cum inter canonicos";<sup>68</sup> cum similibus). Ira namque regis, ut ait Salomon, nuncius mortis,<sup>69</sup> et ecclesia se debet benignam prebere ad precum exauditionem (de rescriptis "sedes apostolica";<sup>70</sup> de electione, "postquam";<sup>71</sup> LXXXVI dist., "de persona";<sup>72</sup> Et cum cautela debita dictas penas, si nimis graves et insolite videantur, absque confusione suspendere (de auctoritate et usa pallii, "nisi specialis";<sup>73</sup> ne eo vilescat auctoritas (de accusationibus, "qualiter et quan-

to";<sup>74</sup> de appellatione, "cum cessante";<sup>75</sup> *Digestum*, de re iudicata, "quod iussit";<sup>76</sup> Quinimo etiam augeatur ex acceptione suspensionis predicta (LXXXVI dist., "quando";<sup>77</sup> XXII, q. II, [I] "utitem";<sup>78</sup> *Digestum*, de officio presidis, "observare";<sup>79</sup> *Digestum*, de officio proconsulis, "necquisquam," paragrapho "circa";<sup>80</sup>).

Sane dubitatum est quin romanus pontifex, quantum ad omnia tangentia spiritualia et ecclesiastica, constitutiones facere, destruere, interpretari mutare, et suspendere per se vel per alium, quando peccatum non includitur nec subversio status universalis ecclesie vel fidei, possit (IX, q. III, "cuncta per mundum";<sup>81</sup> et cap. "per principalem";<sup>82</sup> XXIV, q. I, "quodcumque";<sup>83</sup> XV, XVI, XVII, XVIII, XIX, XX, XXI, et XXII dist.,<sup>84</sup> per totum; de electione, "significasti";<sup>85</sup> de concessione prebende, "proposuit";<sup>86</sup> Quod autem nec peccatum nec subversio status ecclesie nec fidei sequantur ex suspensione dictarum penarum manifestum est, quia ex hoc non tollitur ius canonicum nec penale<sup>87</sup> prohibens torneamenta predicta. Quod non de se nec<sup>88</sup> de sui natura sint illicita, si ad exercitationem propriarum virium et commilitonum, ad quos rei publice defensio pertinet, fiant (XXIII, q. I, "quid culpatur";<sup>89</sup> et capitulo, "nisi bella";<sup>90</sup> et "noli existimare nomen Deo placere posse qui armis bellicis ministrat. Cum in his fuerit sanctus David" et cetera.<sup>91</sup> Et *Digestum*, de aleatoribus, in lege "solent";<sup>92</sup> Licet prohibeantur per ecclesiam "propter mortes hominum et pericula animarum," que exinde subsequi possunt (ut de torneamentis, III cap.<sup>93</sup>). Et ideo<sup>94</sup> non videtur dubium quin propter dictum<sup>95</sup> scandalum et periculum vitandum dicte pene de novo apposite contra torneantes et iustas facientes ad totum suspendi vel interdicti III<sup>96</sup> auctoritate apostolica possint, cum "omnis res per quascumque causas nascitur per eadem dissolvatur," per Iohannem Crisostomum et regulam iuris.<sup>97</sup> Nec ab hoc discrepant notate per dominos legum (capitulo de precibus imperatoris offerendis, lege ultima<sup>98</sup>). Que etiam notatur per Innocentium et Hostiensem et eorum sequaces (de consuetudine, "que in ecclesiarum";<sup>99</sup> et in Summa dicti Hostiensis; de rescriptis, paragrapho "super quibus";<sup>100</sup>).

Verum quia torneare et iustare pretendunt se predictum exercitium appetere, ut in passagis ad armorum exercitium contra infideles promptiores et habiliores habeantur, est cautela utilis per quam etiam per se ad dictum passagium attraherentur, quod dicta pena de novo apposita suspendentur, quantum ad illos qui se ad transferendum obligaverunt vel obligabunt, de cetero priores inhibitionem et penas dudum appositas remanere, et exportando ne, si forte ad aliquod armorum exercitium eos procedere contingat, provideant solliciti et prudenter ne exinde mortes hominum vel animarum pericula subsequi possint, et in litteris suspensionis, si eas fieri contingat, adhibetur cautela debita propter dubitationem an excommunicationis sententia suspendi possit. Et videatur diligenter notata per Innocentium et Hostiensem et eorum sequaces (de appellationibus, "ad hoc";<sup>101</sup> quantum cum concordantiis, et per modum nos; de sententia excommunicationis, "presenti";<sup>102</sup> et de privilegiis, "volentes," *Liber VI*<sup>103</sup>). Advertatur insuper quod de duobus malis, et cetera (XIII dist., "duo";<sup>104</sup> et capitulo "nervi";<sup>105</sup> et quod semper sic agendum est quod regnum pacificatum remaneat (de transactionibus, capitulo ultimo<sup>106</sup> cum similibus). Nec videtur vilius reprehensibile si ex causa rationali, ut est in proposito nostro, suspendantur vel in totum tollantur que etiam fuerunt ex causa rationali instituta. Sicut si nunc ad penitentem obtentu alicuius circumstantie tendere videantur animarum periculum vel scandalum generando, sicut patet exemplum Numeri XXI<sup>107</sup> et IV *Regum* XVIII<sup>108</sup> de serpente eneo per Moysen Domini iussu facto, ne serpentina morte populus interiret, ab Ezechia contrafacto ne populum ob cuius incediam factus fuerat ad peccati et idolatrie errorem et ad repugnantiam divinarum mandatorum induceret; per quod sicut habetur in Decretis, LXIII dist., pars (I) V: "magna ista auctoritas in ecclesia est habenda, ut si prius aliqua fuerint constituta que constitutionis tempore poterunt esse sine culpa, si postea vertuntur in errorem et superstitionem, sine tarditate aliqua et cum auctoritate etiam maxima revocentur."<sup>109</sup> Nam sententia et ordinatio romane sedis pro consideratione etatum et temporum non negatur posse debere in melius commutari, sicut Gregorius et Innocentius attestantur (XXXV, q. IX, "sententiam";<sup>110</sup> et capitulo "grave";<sup>111</sup> LV dist., "priscis";<sup>112</sup> q. VII, "necessaria";<sup>113</sup> et canone "quod pro remedio";<sup>114</sup> de in integrum restitutione, "tum ex literis";<sup>115</sup> et erit etiam alia: de testibus, "licet ex quibusdam";<sup>116</sup> de consanguinitate et affinitate, "non debet [ir]reprehensibile";<sup>117</sup> iudicari, si secundum varietatem temporum et etatum quandoque statuta variantur humana, cum ipse Deus ex his que in veteri testamento statuerat nonnulla mutavit<sup>118</sup> in novo<sup>119</sup>). Nam<sup>120</sup> et ipse egregius Paulus apostolus aliqua<sup>121</sup> primo concessisse et ordinasse legitur, ut<sup>122</sup> circumcissionem iudeis, quod<sup>123</sup> postmodum ex causa revocasse (ut in predicto canone "sententiam," XXXV, q. IX<sup>124</sup>; et *Romanos* II<sup>125</sup> et *ad Galatas* V et VI<sup>126</sup> et *ad Colon.* II<sup>127</sup>). Ad que concordant exempla et rationes tradite (XXIX dist., "sciendum";<sup>128</sup> IV dist., "erit";<sup>129</sup> XXXII, q. IV, "quis ignoret";<sup>130</sup> et canone "obiciuntur";<sup>131</sup> [X]XXIII, q. VIII, "occidit";<sup>132</sup> XXVIII dist., "de syracusane";<sup>133</sup> ibi "ne paulo amplius insanirent,"<sup>134</sup> scilicet concessimus que alias concessuri non eramus, sum similibus). Sive plerumque sive ignoscendo<sup>135</sup> hoc solum bene agitur ut ad bonum vita hominis ordinetur (XXIII, q. V, "prodest";<sup>136</sup>).